


Biblioteca
Sormani
Andreani Verri

EXEQVIÆ
IN TEMPLO
S. NAZARII
MANFREDO SEPTALIO
PATRITIO MEDIOLANENSI,
EIVSDEM BASILICÆ CANONICO CELEBRATÆ.

Quas summatim exposuit March. Ioannes Maria Vicecomes Acad. Animos.



MEDIOLANI,

Apud Impressores Archiepiscopales.
MDCLXXX.


'IE

O

:ura
Sole

na.

Ercpt


TERRA AD TERRAM SPIRITVS AD SPIRITVM
In Funere Manfredi Septalÿ Patritÿ Mediolan:

NELLE SOLENNI ESSEQVIE
DEL SIG.
MANFREDO
SETTALA
Celebrate da' Signori ſuoi Nipoti.

SONETTO.



I ſtirpe glorioſa Illuſtre prole
Ecco in gelida tomba, in tomba oſcura
Quel, che con l'arti ſue poteo del Sole
Far note l'ombre, e rinforzar l'arſura.

A queſta intorno luminoſa mole,
Ch'à la barbara Menfi i pregi oſcura,
Prefica lagrimoſa Arte ſi duole,
Sciolta dolente il crin piange Natura.

Già la fama di lui chiara rimbomba
Ne l'oppoſta de i poli ombra notturna,
Da la cuna del dì fino a la tomba.

Mancò ſpazio à ſuoi voli: hor taciturna
Forma de l'ali ſue, de la ſua tromba
Vn bel trofeo del gran Manfredi à l'vrna.

F. L.





EReptum terris VIII. Id. Febr. MDCLXXX. Manfredum Septalium Mediolanensem Patritium, collectis in domesticum Museum artis, ac naturæ miraculis celeberrimum, aliquâ publici doloris significatione prosequi par erat. Id non modo Ciuitas Mediolanensis, sed vniuersa Italia, ac tota propemodum Europa, pro eâ, quam obtinuerat apud omnes, famâ ac beneuolentiâ, suo veluti iure postulabant. Idcirco Optimo Patruo Nepotes obsequentissimi quintâ die ab obitu, deproperato opere curauere solenne funus. Eius formam, picturasq; funebres Cæsar de Floribus perfecit, Inscriptionibus atq; Emblematis Professores Rhetoricæ ex Collegio Braydensi Societatis Iesu exornarunt. Illud præcipuè obseruatum est, vt ex celeberrimâ toto orbe Pinacothecâ ea peterentur, quæ ad significationem doloris, vel ad commendationem virtutum Manfredi conferre possent, vt habe-

haberet optimus senex ornamenta sepulcri labores & delicias suas, quæque illi viuenti cura fuit, eadem, vt cum vate loquar, sequeretur tellure repostum.

Templum D. Nazarij, vbi familia Septalia à multis retro annis gentilitium Sacellum possidet, funebri pompæ destinatum fuit.

In externo, qui ad populum patet Basilicæ aditu, apposita sequens inscriptio Ciues atq; Aduenas inuitabat.

Ciues, Exteri, Principes

Adeste.

MANFREDVS SEPTALIVS,

Cuius toties mira spectastis,

E pyrâ funebri

Spectaculo nunc vobis

est.

Templum ante aram maximam duo hinc inde ampla brachia in modum crucis porrigit: Dexterum ab ingressu latus pyram ardentem excepit. Paries, qui lato ambitu circa feretrum erat, ad summam vsq; testudinem, quin ipsi

ipſi etiam fornices atrato panno tegebantur, pendulis ex textili argento faſcijs pullato periſtromati interlucentibus.

Ad primam veluti parietis faciem, quæ in proſpectu erat, inter mortis trophæa, & faſcias funebres, media inter duo emblemata, inſcriptio erat, ita collocata, vt reſpiceret tumulum, in quo Manfredi ſpolium ſeruabatur.

Hic ille Manfredus iacet

Naturæ, Artium, atq; Orbis veſtigator:

Ob ſuauiſſimam indolem,


Induſtrium ingenium,

Probitatem antiquam,

Patriæ decus, amor Ciuiū, Principū deliciæ.

Obijt annos natus octoginta:

Quos omnes vixit.



Dexterum ſuperiori inſcriptioni ſymbolum.



In mathematicis, præſertim practicis ac mechanicis, ſingulari cum laude verſatus Manfredus, ſui nominis famâ, atq; admiratione orbem omnem impleuerat. Eius igitur mortem, & ſuperſtitem gloriam exprimebat circinus, huius facultatis præcipuum inſtrumentum, ſuper circulo iam delineato iacens cum lemmate: *Satis eſt; impleuimus orbem*.

Siniſtram partem habebat aliud ſymbolum, quod in ſequenti paginâ expreſſum vides.





Musicam ex parte nouis inuentis auxit Manfredus. Organum iccirco, vulgò surdellinam, ab ipso met eleganti structurâ confec-

tum,

tum, exiguum mole, ſed fiſtulis, & clauiculis varijs mirabile, follibus compreſſis in ſymbolum ceſſit cum adiectâ epigraphe *Defecit ſpiritus meus*.

Dexterum parietem ad pyram habebant continuata pegmata muſicis quamplurimis excipiendis extructa, cum ſacrum ſolenne, & funebres precationes celebrarentur. Duo hinc inde ſymbola apposita fuere.





In Physicis celeberrima quæſtio eſt, an arte inueniri poſſit motus perpetuus. Quidquid repugnent quamplurimi, illius ſpecimen ali-

quod

quod multiplici inuento dederat Manfredus. Inter cætera vero Pyramidem excogitauerat ex ſolido ære, circa quam canaliculi ſinuati in ſpiram ſenſim deſcendunt. Canaliculis ingeſti duo aut plures globuli plumbei per decliue feruntur in infimam vſq; partem, atq; in ſubiecta capſula abſconduntur, vndè per inteſtinum machinamentum magnâ vi per medium pyramidis iterum vibrantur in ſublime, vt iterum deſcendant. Mortem induximus, quæ veluti indignata extenſo indice curſum orbiculi cadentis intercipit *Nihil perpetuum* monens, ſublatiſq; cadendi & ſurgendi irrequietis vicibus ſtabili quiete donat.

Diſtichon.

Alternis vicibus globus hic ſurgitq caditq;
Vt queat æternùm ſiſtere, tolle vices.



Aliud emblema.



Inqui-

Inquirendis accuratâ induſtriâ Cæſarum, aliorumq; vetuſtis imaginibus, ijſq. aut gypſo excipiendis, aut ære fundendis cudendiſq; multum operæ impenderat Manfredus reparator antiquitatis. Mortem igitur numiſmatis Heroum, præſertim ex familiâ Septaliâ elaborandis intentam expreſſimus, additâ vatis ſententiâ *Maius ab exequijs nomen*; quaſi vitam, quam eripuerat iterum redderet in æreis tabulis perpetuò duraturam.

Diſtichon.

Labilis eſt pretioq; caret vita æmula vitro;

Et pretiũ, & pondus mors fabra in ære dabit.

In ſiniſtro pariete Sacellum Familiæ ſitum eſt, quod funebribus exuuijs ex omni parte conueſtitum, & bellè diſpoſitis vbiq; facibus ardens horrorem quendam ac venerationem ſpectatoribus ingerebat. Penſilis ex ſummo arcu tabella Septaliorum omnium illic iacentium ſenſus ad Manfredum exponebat.



SEPTALIORVM

Quotquot hic siti estis cineres magni,


Manfredum Nepotem maximum,

vobis & terrâ & Cælo

iungite.

In medio erigebatur pyra funebris, in cuius vertice simulacrum Septalij argenteis tubis, globo laureato, gentilitijs alis, atque vrnæ sepulcrali ingenti superimpositum eminebat. Moles in tres veluti bases digesta; singulæ verò dispositis circum facibus, erectisq; angulatim maioribus funalibus illustrabantur. Quatuor facies superioris basis seu tumuli totidem breues inscriptiones complebant.

In facie anteriori, quæ ad populum magis patet.



MANFREDVS SEPTALIVS

Naturæ inuestigandæ, scientijs atq; artibus

promouendis,

excutiendæ antiquitati,

Peragrando & colligendo Orbi

octoginta prope annis impensis;

Cum terras vlteriùs scrutari non posset,

Cælum adijt.

In parte oppositâ.

Excellens in arte non debet mori.

Legum violatrix Mors

Quo iure Manfredum rapis?

Animus, nomen, virtus æternùm viuunt.

Minimum est quod perijt.

In eâ quæ gentilitium sacellum respicit.

Ex magno Manfredo,
qui ſupereſt cinis
minor eſt vrnâ.
Quod reliquum eſt impleant lacrymæ.

In latere auerſo.

Ex Manfredi cadauere
Reuelle Mors telum adhuc cruentum.
Si quis mortalitati ſuæ repugnet,
Dic quem peremeris.

Circa tumulum medium duo ſymbola.

In primo emblemate Mors, ingens ſpeculum ex calybe incendiarium depromptum ex ſeptaliano Muſeo obuerſum ſoli detinebat; alterâ manu apici illi ſeu puncto, in quod collecti radij conueniunt, admouebat globum ligneum, ex quo fumus permixtus flammæ attollebatur, cum lemmate *Sic ſplendor collectus abit;* quod in adiecto ſchemate expreſſum vides.

Secun-



Secundum emblema. Mors inter multiplices pharetras, sagittas, arcus, & ballistas; quibus onerandis, intendendis, ac vibrandis exi-

eximius erat Manfredus, falcem ſuam indigitabat cum epigraphe *Ferit ſecurius iſta*; quod pariter hîc delineatum habes.



Reli-

Reliquas facies, atque infimum ſuſtentamentum gentilitia ſtemmata, cæteraq; ornamenta funebria veſtiebant.



D.Ca.

D. Canonicus Ord. Airoldus de mandato Reuerendiss. P. Inquisitoris Videat, & in scriptis referat &c.

Fr. Hyacinthus Cattaneus Sancti Offitij Mediol Not &c.

Digna sunt adamantinis typis euulgari, quæ egit in hominum memoria nunquam inter moriturus Illustriss. Manfredus Septala, & quæ in eius funere dixit Orator disertissimus M. R. Io Baptista Pastorinus Societatis Iesu. Me ideò &c. 31. Martij 1680.

Carolus Ant Airoldus I. V. D. Canon. Ord. Eccl. Metrop. Mediol. S. Offitij Consultor.

Die 2. Aprilis 1680.

Attenta præf. attestatione Imprimatur.

F. Sixtus Cerchius Inqu. Generalis Status Mediol. &c.

Iacobus Saita S. T. D. Canonicus Basilicæ S. Ambrosij pro Reuerendiss. Capitulo Sede vacante &c.

Franciscus Arbona pro Excell. Senatu.



MANFREDVS SEPTALIVS
MEDIOLANENSIS ANNOR. LXXX.
MDCLXXX.

C. à Flore delin. I. B. Bonacina sculp.



SONETTO.

O Nobil Forma di quel chiaro Ingegno
Che fu nel Cielo or ſue bellezze intẽde,
E da l'Idea del Vero il vero apprende
E di Natura, e d'Arte or vede il Regno.

Tu ben ritorni à gli occhj il volto degno
In cui Modeſtia, e Gentilezza ſplende;
Ma chi quell'alma grande oimè ci rende,
Che fu dell'Arti, e di Virtù Soſtegno?

Tu de l'Alma colori il mortal velo
Ma non dipingi il ſuo ſaper' intenſo
E la pietade ardente e'l viuo zelo.

Mirando il volto a la virtude io penſo
E dico, aurà per te mercede il Cielo
Se quì per te non hà colori il ſenſo.

M. G. M. V.



